



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 127. Libellus supplex Regi a Condæo porrectus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

Sæcul. XVI. auctoritate ad pernicioſa conſilia ſu  
A.C. 1568. exequenda abutantur. Verum vix Ro  
 hana Marchioniffa diſceſſerat, cum re  
 petitis nuntiis moneretur Condæus Prin  
 ceps, ut prompte ſecuritati ſuæ proſpi  
 ceret.

## §. CXXVII.

*Libellus ſupplex Regi a Condæo por  
 rectus.*

*Thu. p. 547.  
 edit. Genev.  
 an. 1626.*

Recepto hoc nuntio Condæus Princeps  
 die vigesima ſecunda Septembris ad  
 Regem literas dabat, quibus ſe indignum  
 haberi queſtus omnem turbarum cauſam  
 in Carolum Cardinalem Lotharingum  
 rejiciebat, regnumque tot tumultibus  
 ob ipſum agitari cauſabatur: hiſſe  
 ce etiam literis addidit libellum ſuppli  
 cem, in quo non ſine internæ indigna  
 tionis ſuæ ſenſu, ac non raro acribus  
 omnino verbis cunctas repetebat que  
 ſas, quas tam ipſe, quam ſuæ factionis  
 focii ſæpius ingeminabant contra agen  
 di rationem, qua hucusque Proteſtan  
 tes habiti fuiſſent.

Transmiſſa igitur hac epiſtola unacum  
 libello ſupplici Princeps, & Coli  
 nius unacum ſua familia prompte  
 Rupellam ſecedere conſultum ducebant,  
 ibidemque prior die decima octava Octo  
 bris advenerat, paulo poſt autem in ea  
 dem urbe Joannam Albretam Navarræ  
 Re-



Reginam cum valido milite adventan-  
tem excepit, ubi etiam firmiter statu-  
tum, Cardinalem Lotharingium, omnes-  
que eidem faventes, seu potius omnes  
Catholicos nulla mora armis esse inva-  
dendos.

Ad primum hujus nuntii rumorem  
Castillionæus olim Cardinalis, nunc ve-  
ro Calvinī sectæ studiosissimus in An-  
gliam secessit, ut eo expeditius suæ fa-  
ctionis fautoribus opem ferre posset:  
Andelotus autem ejusdem Frater nu-  
merosas copias contraxit, ut Protestan-  
tium exercitum, qui intra exiguum tem-  
poris spatium maxime excreverat, ad-  
huc magis augetet, ubi postea cum co-  
piis suis trajecta Lygeri amne Archi-  
thalassi Colinii fratris sui exercitui in Pi-  
ctavia sese junxit, atque ambo simul  
Niortum petentes hanc urbem deditio-  
ne ceperunt, quibus peractis Maynium,  
Fonteniacum, Sancti Maxentii oppi-  
dum, ac potissimam Pictaviæ partem  
suis armis subjecerunt, ac demum cum  
suo exercitu Engolismam occuparunt,  
inde vero ad Santones progressi Pon-  
tium, Angeriacum, Blajam, pluresque  
alias civitates in diversis Provinciis sub-  
egerunt: nihilominus quandoque Cal-  
vinistæ fuere profligati, ac in variis cer-  
taminibus plures, eosque strenuos Bel-  
lidoce, ac longa militia efferatos mi-  
lites



Sæcul. XVI  
 A.C. 1568  
 lites amiferunt, quamvis eorum victo-  
 riæ longe illatam cladem superarent,  
 unde etiam eorum factio indies numero  
 & potentia augebatur.

## §. CXXVIII.

*Regis edictum contra Protestantes.*

*Thu. l. c.  
 Recueil de ce  
 qui s'est fait  
 contre les  
 Protestants  
 par le Fevre  
 p. 22.*

Ad prima hujus belli auspicia Ande-  
 gavenſi Duci regii exercitus impe-  
 rium deferabatur; poſtea vero Rex di-  
 ploma per provincias transmittendum  
 curaverat, quo omnes Proteſtantes æ-  
 que, ac alios ſuæ ditionis populos in  
 ſuam tutelam recipiebat, ſi tantum ſe-  
 domi pacatos continerent, facultate eis  
 facta de injuriis expoſtulandi, ad quas  
 ut ex æquo, & bono remedia expedi-  
 rentur, Præſidibus enixe, ac ſpecioſe  
 mandabatur, ſed cum Regina Mater, ac  
 Lotharingius Cardinalis viderent nobi-  
 litatem, ac ceteros, qui arma ferre  
 conſueſſent, nihil illo reſcripto permo-  
 veri, & cum verba ſibi dari, imo hæc  
 ipſa declaratione ſibi inſidias ſtrui cre-  
 derent, aliunde vero Proteſtantium ex-  
 ercitus univerſum ferme regnum ſedi-  
 tioſis armis involveret, hinc Regina  
 æque, ac Cardinalis Regi authores ex-  
 ſtitere, ut edictum adhuc ſeverius pro-  
 mulgaret, quo omnibus, cujuſcunque  
 conditionis ſint, per univerſum regnum  
 alius, præterquam Catholicæ, ac Ro-  
 manæ